



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] maledictio sit peccatum mortale? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

sculneam in significatione Iudææ. Tertio modo ordinatur creatura irrationalis ad rationalem per modum continentis, scilicet temporis, vel loci. Et sic maledixit Iob diei natiuitatis suæ propter culpam originalem, quam nascendo contraxit, & propter sequentes pœnalitates. Et propter hoc etiam potest intelligi Dauid maledixisse montibus Gelboe; vultur 2. Reg. 1. scilicet propter eadem populi, quæ in eis contigerat. Maledicere autem rebus irrationalibus, in quantum sunt creature Dei, est peccatum blasphemie: maledicere autem eis secundum se consideratis, est otiosum & vanum, & per consequens illicitum. Et per hoc patet responso ad obiecta.

ARTIC. III.

Utrum maledicere sit peccatum mortale?

411

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod maledicere non sit peccatum mortale. Aug. enim in homilia de igne purgatorio, numerat maledictionem inter leuia peccata. Hæc autem sunt venialia. Ergo maledictio non est peccatum mortale, sed veniale.

¶ 2. Præterea, Ea quæ ex leui motu mentis procedunt, non videntur esse peccata mortalia. Sed interdum maledictio ex leui motu procedit. Ergo maledictio non est peccatum mortale.

¶ 3. Præterea, Grauius est male facere, quam maledicere. Sed malefacere non semper est peccatum mortale. Ergo multo minus maledicere.

SED contra, Nihil excludit à regno Dei nisi peccatum mortale. Sed maledictio excludit à regno Dei secundum illud 1. ad Cor. 6. Neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Ergo maledictio est peccatum mortale.

RESPONDEO dicendum, quod maledictio, de qua nunc loquimur, est, per quam pronuntiatur malum contra aliquem vel imperando, vel oprando. Velle autem, vel imperio mouere ad malum alterius, secundum se repugnat charitati, qua diligimus proximum volentes bonum ipsius: & ita secundum suum genus

genus est peccatum mortale; & tanto grauius, quanto personam, cui maledicimus, magis amare & reuereri tenemur. Vnde dicitur Leu. 20. Qui maledixerit patri suo & matri, morte moriatur. Contingit tamen verbum maledictionis prolatum, esse peccatū veniale, vel propter paruitatem mali, quod quis alteri maledicendo, imprecatur; vel etiam propter affectum eius, qui profert maledictionis verba, dū ex leui motu, vel ex ludo, aut ex surreptione aliqua, talia verba profert: quia peccata verborum maximè ex affectu pensantur, vt supra * dictum * est. Et per hoc patet responsio ad obiecta. q. 72 a. 2

ARTIC. IV.

Vtrum maledictio sit grauius peccatum, quam detractio?

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod maledictio sit grauius peccatum, quam detractio. Maledictio enim videtur esse blasphemia quædam, vt patet per id quod dicitur in Canonica Iudæ, quod cū Michael Archangelus cum diabolo disputans, altercetur de Moyse corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiam. Et accipitur ibi blasphemia pro maledictione, secundum * gloss. Blasphemiam autem est grauius peccatum, quam detractio. Ergo maledictio est grauior detractio.

412

¶ 2 Præterea, Homicidium est detractio grauius, vt supra dictum * est. Sed maledictio est par peccato homicidii. Dicit enim Chrysost. super Mattheum, Cum dixeris, Maledic ei, & domum euerie, & omnia perire fac: nihil ab homicida differs. Ergo maledictio est grauior, quam detractio.

gl. interlin. ibid.

¶ 3 Præterea, Causa præminet signo. Sed ille qui maledicit, causat malum suo imperio: ille autem qui detrahit, solum significat malum iam existens. Grauius ergo peccat maledicus, quam detractor.

q. 72 a. 1
1. h. o.
in Mat
int. ne.
et fu 10.
2.

SED contra est, quod detractio non potest bene fieri. Maledictio autem bene & male, vt ex dictis patet *. Ergo grauior est detractio, quā maledictio.

ar. 1. hu-
ius quæst.

R E.